Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

4

miserikordiae meo manere, vt æternum ipsi, sinon
in hac at in altera vita, apud omnes spiritu
beatos mentem meam cernentes præstitura sit
monumentum. At illa ipsa verba ex somnio mei
erga Reuerendum D. Casparum christianum Præ:
positum closternenburgensem, amoris fonte hausta
esse, proindeq; temporis causa ad Florenium de:
riuata, testem inuoco eundem præpositum, et
R. P. Laurentium Magnũ, qui in meis istaverba
literis Vienna scriptis viderunt. Quod verò ad
mea illa, quæ de Eucharistia. et prædestinatione
contra vos scripsi, paradoxa attinet: fateor in
ijs rebus diuinis minium me curiosum fuisse, et
post abiectam Catholicam fidem, tantumodo in
illis misterijs quid reprehendere, et oppugnare
inuenisse; nihil autem, quod ipse crederem,
et propugnare, reperire potuisse: At in ijs ipsis
videre paradoxis licet, et inde quoq; intelligi
potest, quòd ab eo tempore, quo à vobis discessi,
nec usquam sacram synaxim sumpserim, nec
ulius sectarij de prædestinatione, alijsve
rebus diuinis conciones æquo animo audiuerim.